

137  
de anno 1535.

75/

Joachimus Dei gratia Princeps

Anhaltinus etc.

Gratia et pax à Deo Patre, per Dominum nostrum  
Iesum Christum. Quemadmodum saepe alias, ita  
et nunc quoque animam tuam mihi bene affectam  
liquido persentio, Reverende sacrarum literarum  
artistes, me gemina epistola tua venge viva et scri-  
pta alloquendo; in quo rem sane mihi haud vulgari-  
ter gratam prestiteris. Atque utinam te Magistro  
Francisco faciendum comitem, chamo et freno  
istius remora sapientiae ruptis, praeberes, et in tuo  
allogquio, quod Nestoris illius Homeriani sermone  
nobis dulcius fuisset, ego una cum meis fratribus  
acquiescerem. At speramus Deo volente futurum,  
ut victrice stultitia adversus istam sapientiam  
victoriam obtinente nostris obtutibus tuam istam  
jucundissimam profectam sis exhibiturus, ut non  
nihil de torrente benedictionis Evangelii Christi  
Iesu te presente hauriamus, quem Deo gratia,  
bonam terrae partem in undis haurire totis oculis spe-  
ctamus. Valeas bene digneque mei meorumque fratrum  
in suis precibus ad Deum memor. Velim quoque meis  
verbis dicas Tuae conjugii Germana mihi  
necessitudine copulata plurimum salutis. Iterum  
vale. Datum Dessaviae 13 Junij Anno 1535.

Inscriptio

Viro Do. D. Martino Luthero  
sacrarum literarum .....

D. Martino Luthero Joh. Forsterus.

Gratiam et pacem per Christum.

Spero tuam praestantiam meas ab auriga meo accepisse  
litteras, vir clarissime, quibus ego me saluum huius cum  
domo mea pervenisse significavi. Quare nunc operis  
pretium esse dixi ea solum praestantia tuae indicare,  
quod

76/

que interim acciderant. Postquam me senatus per 13.  
dies audivit concionantem, ab eo tandem mihi paro-  
chia apud S. Johannem designata est, ad consenti-  
entibus omnibus predicatoribus hujus urbis. Primum  
hujus Ecclesie facies mihi non admodum displicuit  
et quanquam ab Ecclesia Wittenbergensi ceremoniis  
illis atque ritibus non nihil variet, tamen quia scripturae  
non admodum repugnare videntur, tolerandos esse  
putavi, equioresque eos animo perfero: fieri si potest  
ut tempore ac consuetudine magis in dies atque ma-  
gis mihi sint placiturae, aut omnino mutantur  
si huc mittatur aliquis superattendens. De altaris  
sacramento licet confideantur publice presentiam  
corporis et sanguinis Christi, tamen non ita pro-  
priae, ut Wittenbergenses docent neque etiam se sunt  
educti atque instituti, attamen hoc certo affirmare  
ausim, quod magis hoc sit ipsorum insipientia iniqui-  
tandum quam malitia, nam summo studio hoc  
conantur, ~~ut~~ hanc susceptam concordiam lacerent  
immo potius resarciant ac alant. Baptismum vero  
habent. Praeterea quantum ad eruditionem ipsorum  
attinet, homines sunt inter illos tres non mediocriter  
docti Doctor Sebastianus, Bonifacius et Musculus.  
Pro pro concione, aut tractatione, verbi Dei perfi-  
ciles suis Magistris, aut etiam illis inferiores.  
Magistri quorum opera sunt usi, fuerunt Zwingley  
Oecolampadius, Pellicanus, Bucerus et item alii quos  
facinde. Ego quantum in me erit justificationis  
articulum urgebo, deinde duo illa sacramenta  
Baptismi et altaris illustrabo, quae hactenus obscura  
apud nostros, verum etiam neglecta atque contem-  
pta fuerunt, hoc autem ut perficiam, juvabit  
studium meum Christi spiritu suo atque Ecclesiae  
oratio.

oratio. Pestis hic regnare coepit, atq; inde magis ac ma-  
 gis sese diffundit. Ante paucos dies ancillam meam in-  
 vasit, quam tamen spero dei beneficio liberatun-  
 iri. Ditiones fere omnes hinc auferant, quorum  
 magnus numerus esse censetur, et inter illos etiam  
 est Johannes Hanolt, quare filii tuis causa nihil  
 quicquam agere potui. Doctor Gerson proter opini-  
 onem meam diligenter me promovit. Oro prestan-  
 tiam tuam ut nullo pacto, si saltem valetudo  
 permittet, intermittere velis, quin respondeas civi-  
 tatibus imperialibus. Deinde etiam, quia magna ac  
 ingens querela hic est exorta super tyrannide Regis  
 Gallie, impedire velis, quo minus D. Philippus ad  
 ipsum proficiscatur: facile autem tua prestantia  
 ex literis intelliget Regis perfidiam atq; crudeli-  
 tatem, quam in miseros Christianos exercuit  
 quas mittit D. Gerson. Salvere cupio tua prestan-  
 tia uxorem prestantissimam, mei amantissimam  
 patronam. Deinde liberos ac virgines, similiter  
 commensales tuos et inter eos nominatim D.  
 Wellerum, Ludovicum Corvinum, Georgium Schellum.  
 Bene valeat in Christo tua Excellentia, cui ego me  
 totum commendo. Wolfgangus Rehlinger Consul  
 rogavit ut et suo nomine tua prestantia salutem  
 ascribam, erat n. ex febre imbecillior, quam ut  
 scribere potuit. Salutat te et tuam totam domum  
 mea Margarita, quae hic non potest conspescere  
 et fides filia mea quotidie querit, quando sinis  
 reversuri Wittenbergam ad Magdalenam doctoris.  
 Datum Augusta 8. die Febr. 1535.  
 Inscripto. Jo. Forster  
 Excellentissimo Theologie Doctori Martino T. T.  
 Luthero Ecclesiae Wittenbergensi  
 Praeceptori ac compatri suo charissimo.